Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 4ta

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

et directe, sed tantum mediate et indirecte, videlicet mediante cognitione intellectus. Vasq. disp. 37. c. 1.

Ratio est, tum quia solus intellectus est, qui directe et immediate ostendendo voluntati proponendo eam excitat ad agendum: tum, quia appetitus sensitivus non movet voluntatem, nisi mediante apprehensione phantasiae, neque phantasiae voluntatem excitat, nisi mediante interveniente notitia intellectuali, ut mox dicemus, quae notitia aliquid aliud intellectus praeter simpatiam, quae intercedit inter intellectus et imaginationis operationes.

Observat ac S. Thomas hanc appetitus motionem reducit potissime se tenere ex parte causae finalis, quia nimirum appetitu excitatur phantasia ut proponat conveniens, id est, delectabile, et quod idem ut conveniens apprehenditur ab intellectu, qui illud deinde voluntati applicat, veluti finem et obiectum.

Concluditur tertia appetitus non potest voluntatem movere per solam cognitionem sensitivam, absque eo quod ut voluntas moveatur, semper requiritur cognitio aliqua obiectiva intellectus. Vasquez citatus num. 5, medina, Suarez metaphrastes cum communi. Ratio est, quod non potest cognitio intellectiva immediate ac per se movere appetitum sensitivum (ut infra videbimus) quod non sit proprium et consentaneum regulae appetitus sensitivi: ergo eandem ob causam non poterit cognitio sensitiva immediate movere appetitum rationalem.

Confirmatur potiam cognoscitivam posse dirigere voluntatem majori perfectione, quam ut inferiori potentiae sensitivae attribuenda videatur. Quaestio 4. utrum voluntas moveatur ab extrinseco principio.

Quaestio 4ta
Utrum voluntas moveatur ab extrinseco principio.

Notandum 1mo à Scholasticis cum S. Thomas art. 4 ad 1um et 2um et infra quaestione 25 art. 2, et 3. communiter dividi actuum humanorum motiva in intra et extra. Intra sunt quae ita influunt in actum voluntatis, ut sit et intra insint homini, aut sint pars eius, aut aliquid eius inhaerens, ut sunt anima ipsa, intellectus, electio, potentia volitiva, et sensitiva, [illegible] timor, quin interior, apprehensio et appetitio; de quibus in praecedentibus quaestionibus.

Principia extra humanorum actuum censentur illa, quae non intra insunt homini, sed de facto in motu conferunt, aut physice, mediate, vel immediate ad actiones humanas operandas. Quae vero extra principia, ut et intra generatim sunt duplicis generis: alia non se tenent ex parte obiecti finalis, quod est actuum humanorum causa finalis; alia se tenent ex parte causae efficientis, cuiusmodi in praesente sunt, Deus, Angeli boni et mali, et influentiae coelorum.

Notandum 2do de influentiis coelestibus, et de aliis creaturis voluntatem moventibus haud est apud catholicos magnam difficultatem totam, sed [illegible] videbimus, et maxime in hac quaestione negotium facit doctrina S. Thomae qui hic art. 4 et 6. de Deo interiore voluntatis motore docere videtur, quae apparet difficilis et obscura.

1mum est, ad 1mam volitionem cuiuscumque finis necesse est, ut voluntas moveatur interius, immediate, directe, et physice ab extra principio effectivo, non alio, quam Deo. Alterum est, ad eandem 1mam volitionem cuiuscumque finis, ita interius et immediate moveri à Deo voluntatem, ut, ipsa mota, non se moveat ad illam; et ita, quamvis S. Doctor concedat voluntatem in [illegible] illa 1ma volitione finis, movere se ipsam ad subsequentes volitiones v.g. ad electionem mediorum, negare tamen videtur, ad se ipsam moveri voluntatem ad 1mam volitionem de fine ipso. Idem cum S. Thoma docet S. Anselmus libro de casu diaboli c. 12 dicens daemonem non movisse se ad 1mam volitionem.

ubi quaerit S. Aug. de solo primo voluntatis actu fuerit bonitas, quem daemon ante omnes alios habuit, tum S. Thomas ex professo loquitur in tum de primo hominis seu creaturae rationalis actu volitivo, sive est de primo, circa quemvis negatum, aut quemcunque finem, qui se noviter offert, de quo nihil prius cogitarat, ut ostendit Vasq. disp. 39, num. 9. eandem doctrinam S. Thomae ut sonat sequuntur fere Thomistae, qui tamen in eius sensu assignando variant.

Conclusio 1ma. Voluntas hominis saepe indirecte movetur mediate et quasi accidens, ab impressionibus caelorum. Ita communis cum S. Th. hic art. 5. et est de fide contra multos impios philosophos et astrologos judiciarios, dicentes immediate astra directe movere, et necessitare voluntatem ad agendum, atque adeo omnia humana inevitabili astrorum fato regi.

Probatur 1mo ex illo Isaiae 44. Ego Deus irrita faciens signa divinorum & deorum suam faciens stultam. Jeremiae 10. a signis caeli nolite metuere, quae timent gentes.

Probatur 2do. Astra non sunt corpora, non movent voluntatem, nisi interveniente corpore humano, eiusque sensitivae appetitionis et imaginationis, quae ipsa non nisi mediate et indirecte excitat voluntatem ad agendum, quo multo minus astra directe excitabunt, vide Tannerum hic disp. 2. q. 2. dubio 5. acriter in eos invehitur qui fidem dant Genethliacis observationibus.

Conclusio 2da. Voluntas a suo finali obiecto, movetur a solo principio intrinseco: neque enim causa finalis. Ita communis. Eadem patet ex dictis, quia obiectum finale voluntatem allicit ad amandum seipsum et sic ipsum promovet.

Conclusio 3tia. Angeli tam boni quam mali voluntatem humanam aliquando movent, tamquam principia intra tendentia se ex parte obiecti, sive

ex parte cae finalis, quamvis remote tm, & mediantib. sensib. sive
externis sive internis. S. Thomas art. 6. cit. coin.
Rao e quia obtm formale in genere cae finalis voltem movet, debet
ad idem genus cae revocari ea, quae juvant vel directe vel indirecte,
et applicat volti directe, eo qd applicatio sit conditio sine qua non
pts cae finalis movere voltem ad amandum: atqui hanc
applicationem saepe causant Angeli praesentando obta, et respectu
voltis hoc tm faciunt remote, videl. praesentando obta sensui externo,
vel imaginatni, vel concitando humores, vel spus hois vitales, atque
ideo appetitum sensitivum movendo, ad varias passiones
à qb. deinde movetur voltas.
Diceres specialiter qd propria Angeli dici possint respectu nrae
voltis, cum tametsi applicent obta, vel cam finalem, absurdum
tm videtur ea dicere, angelos ee propriam cam finalem
actuum nrae voltis. R. Angelos pae dici propria extra
effectivas, [illegible] moralias, quemadmodum
& ipse intellectus obtas proponens; cum hoc tm discrimine, qd hic
sit cae immediata, Angeli remota.

Concludo qd potas voltas movet se ipsam in genere cae
efficientis ad primum actum, sive volitionem finis, ac cognoscit voltas
ipsas ee effectivum proprium pthend eiusdem primi sui actus. Vasq. &
& plerique alii scolastici contra Thomistas
Obtis primo ex S. Thoma hic art. 4. ad primum & 1 p. q. 82
art. 4 et 1. 2. q. 9. a. 1. ubi disserte ait voltem à Deo proprio

extra, ita interius moveri ad volitionem agendi, ubi scilicet eadem voluntas sit interius principium proximum eiusdemque primo sive volitionis de fine.

Probatur 2do ex generali regula physica, qua constat, quod omnia viventia sive praedita arbitrio, sive non, se ipsa moveant ad operationes suas vitales omnes, inter quas numeranda est volitio de fine, prolibet à voluntate interna, quod ad illam comparabatur, ut principium vivens sive vitale.

Probatur 3tio Deus non movet nos ad peccatum sive opus pravum, atqui prima volitio finis sive negotij noviter oblati, saepe est opus pravum, et peccatum, ergo non à Deo, sed à se ipsa voluntas ad talem volitionem movetur.

Doctrinam S. Th. notabili 2do insinuatam fatemur esse difficilem nec quod conclusioni contrariam, quia ipsi Thomistae in eius sensu exponendo variant, et et nobis bonorum authorum sententiam sequi. Quare verba S. Thomae omisso longiori discursu, sic exponi possunt, videlicet quod voluntas ut moveatur ad primum suum actum indigeat cog … quod noviter se offert, voluntas non potest esse causa, ut hoc potius, quam aliud obiectum ipsi occurrat; ac proinde indiget principio aliquo extra, unde intellectus determinetur, ut potius obiectum quam aliud demonstrat voluntati; dicenda autem est et tamen causa, quod se prima sive ultimata solus Deus determinat intellectum nostrum ad primas cogitationes rerum, quibus cognitionibus non tamen determinatur voluntas quoad specificationem, sed et alijs mediantibus instigatus sive excitatus earum primarum cogitationes, quamvis ea investigatio voluntatem hominis non necessitet ad eligendum etc. Quo sensu verum est à quo voluntas moveatur ex necessitate naturae, sive naturalis.